

Tony XIII
Miscellaneous Philoby.

10

58.
CHRISTO PRINCIPE,
^{DE}
ANTIQUO SCRIBENDI GENERE
DISPUTATIO PHILOLOGICA.

Quam
IN ALMA CIS ALBIM
AD D. IV. M. VIIbr.

PRÆSIDE
M. SAMUELE POMARIO,
COLLEGII PHILOSOPHICI ADJUNCTO,
FRATRE SUO GERMANO,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SISTIT

CHRISTOPHORUS POMARIUS
VRATISLAVIENSIS SILESIUS,
AUTOR ET RESPONDENS.

IN AUDITORIO MINORI, HORIS
ANTEMERIDIANIS.

WITTEBERGÆ
Typis MICHAELIS Bende.
A. AB O. R. & I. CL.



VIRIS

Præmodum Reverendo, Amplissimis, Clarissi-
mis, Experientissimoq; ac Excellentissimis

DN. MICHAELI VVENDELERO,

Practicæ Philosophiæ P. P. nec non
SS. Theol. LICENTIATO,

& Academiæ Wittenbergensis hodiè-RECTORI MAGNIFICO,

DN. MICHAELI SENNERTO,

Medic. LICENTIATO ac P. P.

DN. AUGUSTO BUCHNERO,

Poëseos atq; Oratoriæ P. P.

Collegii item sui Præminentis omnisq; Academia SENIORI,

DN. ANDREÆ SENNERTO,

Sanctæ, cæterarumq; Orientis Linguarum P. P.

Præceptoribus, Evergetis ac Promotoribus
suis Optimis atq; Indulgentissimis

L. M. Q.

Dicit ac sacrum jubet

Summississime Devotus Cultor ac
Administrator Perpetuus

CHRISTOPHORUS POMARIUS,

R. Ac A.

PRÆMETIUM.

Ntenui laborem esse, at non tenuem gloriam,
egregiè sub oculos ponit Poëtarum Phosphorus
Maro, exemplo ab admirandissimo Apum na-
turali artificio petito, L. IV. G. v. 6. Quod eti-
am ipsum deprehenderet defacili, cuicunque præ-
sens Disputatio Philologa in oculos, sive in vo-
culas etiam incurrire sategerit. Nempe omni-
nò nihil parvum, nihil contemnendum. Id quemadmodum
verissimum obtinet per omnem omnium hominum vitam, ita
potissimè in Litteris item perinde nobis observandum est. Et
iverunt etiam observatum antiquissimi quiq; earundem Statores,
sed nec moderni minorem in eâ re collocarunt operam. Ars Gram-
matica præprimis quām vilis, quæso, plerisque omnibus, quām e-
xilis! Sed enim adeant ipsi ad Quintilianum, & audiant illum pa-
rumper. Ille lib. I. Institt. Or. c. 4 extr. ita sentit: *Quò minus sunt fe-
rendi, qui hanc artem ut tenuem ac jejunam cavillantur: quæ nisi Orato-
ri futuro fideliter fundamenta jecerit, quicquid superstruxeris, corruet,
necessaria pueris, jucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ velsò-
la omni studiorum genere, plus habeat operis, quam ostentationis.* Viden-
ut inculcat dilaudetq; Professionem hanc Fabius, Vir, judice P. Cri-
nito in de Historicis ac Oratotibus Latinis, maturo & gravi judi-
cio? Nec aliam sovet sententiam celeberr. Vossius, qui peringen-
ti vehementiā invehitur in eos, qui tanto pere hæc humanitatis stu-
dia insuper habent, existimantes, proprium ac naturalem animæ,
pastum esse Doctrinarum illas, quibus meliores, vel prudentiores
reddamur; vel quia ex nullâ aliâ, hōc præsertim tempestatis (quo
non famæ assistendum nec Poëticæ, neq; alij, sed fami consulendum do-
mesicæ, mōnente Fulgentio l. i. Mythol. sub initium) minus existi-
mationis ac gloriæ promanet, quām ex hâc ipsâ Arte. Quid tan-
dem, exclamat ille Vindex Literarum, de èam utili ac necessario studio
fieret, si sic omnes saperemus, soliq; illud imperitiores tractent, peritiores
(addiderim & imperitiores) detrectent? Itaq; per me licet puerilia hac
rudimenta dicant, dum in confessione maneat, sine illis virilem sapientiam

nos consequi non posse: Voss. in de Arte Gram. Praef. ad lectorem. Quic-
cum facit & Lacteus ille eloquentiae Tullianæ fluvius Laetantius,
qui Divv. Inst. l.3.c.25.p.m.253. ad Philosophiam posse quemquam ac-
cedere constantissimè pernegat, nisi in ante permultos annos
Grammaticis quoque non parum operæ dederit. Nunc quæ u-
niversim de totâ hîc edicuntur Grammaticâ, quâ necessitatem,
quâ præstantiam; ea quoq; sigillatim de unaquaq; parte effari in-
tegrum est.

Constat autem tres vulgo esse Grammaticæ Partes, quarum' u-
na est μεθοδική, ιστορική sive ἐξηγηληνή altera, ultima denique
χερτική. V. Voß. l.1. Gramm. c. IV. & seqq. p. 12. & 23. Weitzii epistola
de Philologiâ, ap. Dilber. Apparatus Philologicus l.2. Sect. 5 p. 135. Jo.
Wowerius in De Polymath. Tract. c. 8 p. 52. sqq. Conf. id. ib. c. 15. sqq. &
Quintilian. l. 1. c. 4. p. m. 25. Et exinde tria item Grammaticorum ge-
nera constituit Jos. Scaliger, Diatribâ de Criticâ, ad P. Scrivervium. Qui ipse Scaliger et si eodem in loco auream Criticam nobiliorem
non ὁραῖνη tantum nuncupet asseratq; sed ipsâ ιστορική etiā; nihi-
lo tamen minus videtur res esse usque adeò evidens, medium Phi-
lologiæ gradum cæteris palmam posse ambiguam facere. Qui p-
ecùm patentissimus multò ejus campus sit, & non nunquam jure
quodam suo immittat falce in ipsam Criticam; aut certè utraq;
fororio quodam quasi vinculo sint ita conglutinatae, ut altera ex-
pers alterius separatim existere commodè haut queat. Grave equi-
dem, nec minus verum est pronunciatum Phl. Caroli Professoris
Altdorffensis, Praef. Dissertationis de Criticis: *Nisi stabunt Critici,*
non stabit res Literaria. Sed & dici adæquè rectè posse haud imme-
ritissimò reor: Nisi stabit Philologia, pessundabit Critice. Nam multò plurimum debet Philologiæ, & ista huic non ex-
iguum. — — — Alterius sic altera poscit opem res, & conjurat a-
micè; Horat Arte, vers. 410. Sejungi itaque non possunt nec de-
bent temerè. Ac sanè omnem eruditonem in Critico requiri, dice-
bat Sex. Philosophus: cit. Voß l.1.c.6.p.26. Quid de seipso scribat
Humanitatis ille princeps solidæ C. Barthius, legatur praef. in Ani-
madv. suas ad Claudian. q. extr. V. & Dilb. l. c. p. m. 170.
seqq.

Ego.



Ego verò cùm in his ipfis admodum amoenissimis studijs tūm
voluptates, tūm labores itē aliquos aliquoties cesperim antidhac ali-
bi, in ipsā etiē Academiā nō nullas id genus vigilias vigilare (Agell. N.A.
extr.) perrexi, & eas horas, quas in ætate alij (ut verba Cæsaris Scaligeri,
de Caus. L.L. præf. ad Filiū suum, mea faciā) salutandis dominis suis, a-
lij mercaturis, alii aleæ, alii rhonchis, alii hilaritatibus alijs, nè quid
prætereà dicamus, collocare soliti sunt, retuli ad sapientiæ nutrices
hasce literulas, in quarum sinu Philosophiæ robur olim creverit.
Illud etiam atq; etiam diligenter mecum exputans, Nihil aut ex-
cellentius Sapientiæ studijs, aut efficacius literis esse ad animorum cultu-
ram. Quicquid in animis nostris incertum ac asperum est, mollitur ac
levigatur literis: in Disciplinis ac artibus quoq; quodcunq; horret ac
squalet, hinc formam ac lucem, ac cultum decentem mutuatur. Ut
quām terruerat antè majestas illarum tristis ac solitaria; tam superin-
ducta mox literarum comitas ac elegantia invitet ac trahat; uti per
quām graviter censem ac monet, Humanitatisq; studiosis omnibus
ad hunc desiderij affectum pectoribus cumprimis inoculandum
autore est οπάνι BUCHNERUS, Præceptor noster summè ac
semper colendus, in aureo illo super Prudentij de Christo Nato
Hymnum Commentar. In eandem rem videndi pretereà Roma-
ni maximus auctor Tullius eloquij [Lucan. l. 7. v. 62. & 63.] Ora-
tione pro Præceptore suo; Plin. l. 8. Ep. 19. p. Quid quod dum suc-
cisi vis ista temporibus nocturnisq; (ut ait M. Varro) musinamur,
pluribus horis vivimus? Profectò enim vita vigilia est; sapienter Plin.
Major præf. H. N. ad D. Vespas. m. Excucienti a. mihi, ac con-
templanti intimius, quām pulcerima sit Philologicura, quām cu-
rat circa Vocabula etiam, juvit impræsentiarum eandem feligere,
& Principe Christo (Prudent. Catheb. Hymno X. q. f.) de Anti-
quiori scriptio ne juxta ac Dictione (nam scribendi ratio conjun-
cta cum loquendi est, Quintil. l. 1. Inst. c. 4. p.) non nihil tradere,
ac in lucem protrahere. Nihil enim morabor hīc nimiope à
fastidiosos elegantiorum literarum allatratores, qui de talismodi
lucubrationibus honorificè adeò haut sentiunt, qui ipsimet hoc
sudoris ac exercitii ab se spernunt, quibusq; hæc cæteraq; Hu-
manitatis studia sunt apinæ, tricæg; & si quid vilius istis; Martial. l. 14.

A 3

Epigr.



Epigr. I. v. 8. Sunt, tibi queritur ipse Weitzius in Epist. de Crit. ap. Dilh. l. l. p. m. 238. qui incilant & traducunt hoc studium, ut inutile; sunt etiam, qui contemptui habent, ut leve. Unde ipsius Critices studium ajunt esse levissimum humanae sapientiae chorogium.

Carpent fortasseam aliqui opellam meam & eō, quod Obsoleta captem vocabulorum, & hinc Antiquarij me insignient appellatio-
ne, & ea docere ingrediar, que non nisi cum matre Evandri locuturis
profint; quod Favorinus Philosophus adolescenti veterum verbo-
rum cupidissimo, & plerasq; voces nimis priscas & ignotissimas
exprimenti objicit, ap. Agell. l. i. N. A. c. 10.

Antiquarius es mihi dicis, Carole, certe;

Sed pejus multò est esse negoticium;

Canit optimus sui seculi Poëta Janus Pannonus in Epiggr. p. 57. Antiquitatem quoq; universam nōrit Philologus, omnes eruditū inculcant atq; expostulant, necnon & rerum, & literarum anti-
quarum cognitionem calleat. v. CL. Dilher. l. l. Oratione Au-
spicali sive Dissertatione de Philologiā. Adde quod Verba &
vetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt
orationi majestatem aliquam, non sine delectatione: nam & autoritatem
antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam novitati similem
parant: scribit Quintil. l. i. c. 10. Quam ob causam nec ipse Cicero talibus
omnino abstinuit. Sed modus servetur, & in quo scripti genere, qui-
busq; in rebus versemur, diligenter recognoscimus. Nam si in antiquissi-
morum seculorum rebus versetur oratio, majorumq; ceremonias ac ritus
recensemus, decorè etiam à exaltatione lucet: ut ipsa Oratio quoq; quan-
dam vetustatis imaginem praeseferat; docente ipso Incomparabili
nostro BUCHNERO, Tractatus inediti de Ratione Eloquendi lib. I.
s. 2 membr. 2. Communionis modò 4. Deberi autem hæc, non pos-
se tantum intelligi de scriptione etiam, non de antiquo dicendi ge-
nere solum, Fabius luculenter docet, quando illud Virgilianum olli
admirabilem facere orationem, & adspargere illam, quæ etiam in
picturis gratissima, vetustatis inimitabilem arti autoritatem, asserit
l. 8. c. 3. p. m. 431. Quod I. Scaligeri super his sit judicium, legere est
Præf. Castigatt. in Festum. Nunc cùm sole meridiano pareat clarus,
pon esse rem de nihilo, aut redundantis operæ, circà has res versari,

ultra-



ulteriori hīc Præfatione super sedere, & ad rem ipsam accedere pro-
pius sedet. Volenti igitur mihi est hāc vice in hoc quicquid est ex-
ercitij, eam Antiquitatem tradere, quam elementorum inter se
commutatio peperit, aut ortam ex alijs corundem accidentibus.
Deus O. M. Linguarum sator ac statutor unicus, cœpta ac conatus
nostros fortunatim, feliciter ac benè vortat, profigetq; ac prospe-
ret in æterni nominis sui gloriam, suorumq; clementum!

§. I.

Ergo igitur jaſta ſemel hāc aleā, Menander ap. Athenæ l. 13. p.
m. 415. ab Elementis ſimplicibus ordimur meritò, cūm neminem
Eruditorum fallat, quantas in iis offendere fit antiquitatum ſpi-
nas verius ac ſalebras, quam delicias jucundas. Propter iſorum
ſiquidem ſive ſuperforaneam additionem, ſive detractionem, ſive
rāndem deniq; commutationem, infinita eſt orta Scripturæ ve-
rum varietas. Hinc & antiqui idonei Lingvæ Latine Autores multa
vocabula uſu parunt ab uſu consuetudine ſermonis nostri penitus remo-
ta; multa longè aliter protulerunt, quam à nobis hodiè vulgo efferuntur;
ait rectè Aus. Popma l. 1. de Uſu A. L. c. 1. Scilicet

Multa renascentur, quæ jam cecidēre, cadentq;

Quænunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,

Quem penes arbitrium eſt, & jus, & normaloquaendi;

Horat Arte, vers. 70. ſqq. Et tertium ſeculum non videt cum hominē,
quem vidit Iprimū; Vat̄ro l. IV. de L. L. pr. Sed tamen interiora
velut ſacri hujus adeuntibus apparebit multarum rerū ſubtilitas, quæ
non modò acuere ingenia puerilia, ſed exercere altissimam quoq; eruditio-
nem ac ſcientiam poſſit; censente Fabio l. 1. Inst. c. 5. p. m. 26. Præprimis
quidem, cūm non omnes universas, easq; vulgarias, quas literæ
cum literis habent, cognationes, & in quas in verborum Compo-
ſitionibus tranſeunt, quæq; in orthographiā præcipiuntur pueris,
allaturi ſimus, ſed abſtrufas maximè & nobiliores.

§. 2. Elementorum autem vocabulo nuncupamus literas, ad
ſimilitudinem mundi elementorum. Sicut enim illa, (ut egre-
giè loquitur Priscian. l. c. 2. p.) coēuntia omne corpus perficiunt:
Sic etiam hæ conjunctæ literalem vocem, quaſi corpus aliquod
com-

componunt, vel magis verè corpus. Concilius paulò hæc effens
Voss. l. i. Gram. c. 8. p. 32. Ut corpora mixta, inquit, ex elementis, ita vo-
cæ ex literis componuntur. Nempe Elementa sunt corpora: Literæ
etiam. Sunt simplicia; & hæc. Sicuti enim ex Elementis constant
mixta naturalia, sic ex literis dictiones: Unde elementorum nomen sortitæ
meritò sunt; illustris Scaliger l. i. de Caus. L. L. c. 4. p. 8. Accinit Lu-
cretius, lib. 2. qs. extr. Cujos tamen versus ap. Voss. l. i. A. G. c. 8. p. 32.
aliter leguntur, ac ap. Lambin. p. m. 266. At elementum à litera
discriminat. Dionys. Halic. qui haud obscurè indigitat, elementum
esse ipsam potestatem alicujus literæ, ac formam quasi internam,
Literam verò figuram tantum nudam. Ejus verba laudat lau-
datus modò Voss. l. i. *Τερενίαντα μὲν λέγοντας τὴν γέμιαντας τὰς*
σημαῖες. *σοιχεῖα δὲ, ὅπις τὰς οὐρανὸν τὸν γένετον σημαῖες.*
λαυθάνει τετράποδον, τὸν Διόνυσον, οἰς ταῦτα τοιεῖσθαι τελευ-
ταῖς. Et hoc ipsum est, quod Priscian. habet l. i. c. 2. p. 3. Hoc
ergò interest inter elementa & literas, quod elementa propriè dicuntur
ipsæ pronunciationes, note autem earum literæ. Abusiva tamen & elemen-
ta pro literis, & literæ pro elementis vocantur.

§. 3. Iam verò Elementa, rudes que pueros docent magistri,

Vocalia quedam numerant, consona quedam;

Terentiani ut verbis utar, citatis Vossio l. i. Gram. c. 9. p. 35. Hinc
eximia Philologis controversia, quænam, & quot sint vocalium,
quot item consona. Immò hoc etiam Gramatici certant, & ad-
huc subiudice lis est, Hor. Art. vers. 78. qui scilicet in universum sit
numerus omnium atq; singularum Literarum, & quantus is esse
debeat. Magnæ præterea operæ consonantes à vocalibus discernere,
ip[s]asq[ue] eas in semivocalium numerum, mutarumq[ue] partiri; fatetur ipse
Quintil. l. i. c. 5. p. m. 26. Nec minus invenio litigium, quo locan-
dæ ordine veniant literæ.

§. 4. Atq; ut εἴη τοις εγγραφαῖς principiō agendum no-
bis de Numero ac ordine. Apud antiquissimos Gracorum non plus
quam sedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis, Latini, t. Prisciano
l. i. c. 3. de Accidd. Literæ p. 6. f. antiquitatem servaverunt perpe-
tuam. Eorum verò hæc notulæ subsequæ: A, B, Γ, Δ, E, I, K, Λ, M, N, O,
Π, Ρ, Σ, Τ, Τ. Palamedem autem duas adjecisse bello Trojano fe-

τομούσιον επιτελεῖσθαι. Tunc:

runt: Φ, Ζ. Duarum Autor audit Simonides, H, Ω. Etejusd. invento Ζ & Ψ. appositas, ajunt. V. Scal. 1. de C. L. L. c. 6. Et hæc quidem Græciæ sunt literæ. Latinas Scaliger l. c. haut magnoperè ait ab his abhorrente, hisce notis: A, B, C, D, E, F, G, I, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. Hic Scaliger XXI. enumerat. Vossius autem unde viginti esse literas Latinis colligit l. 1. c. 26. Latini, ait, præter XVI. illas Græcorum, tres habebant alias. Eæ sunt F, Jod, & Vau. Et non octodecim, quas Capella, l. 3. de Mutis, ponit, sed has novemdecim: A, B, C, D, E, F, G, I, J, sive Jod, L, M, N, O, P, R, S, T, V, sive Va aut Vau. Ex his tamen postremam Græcis annumerandam censet literis, ut in universum sint Literarum XIX. Sed ut omnes, quæ usui traditæ sunt recipiamus, sunt XXIII; attestante Mar. Victorino, c. de literis, & motente Prisciano l. 2. c. 2. p. 3.

Nihil nunc eas referre aut repetere hæc attinet, quippe cum ne pueris quidem sint ignotæ, nisi qui nondum are lavantur; Juvenal. Sat. 2. vers. 152.

§. 5. Nunc ad ordinem earundem recto nos conferamus gressu, ordo noster exigit. Ordinem hunc discendi Elementa subtiliter de more suo explicat I. C. Scaliger l. c. c. 38. Nobis, siquidem ille rem enarrat fusiùs, placet insistere vestigiis Magni Vossi, qui l. 1. operis saepius laudati, nec tamen unquam ulli satis laudandi, c. 33. ita docet: *Quod si ordinem naturæ in literis servare animus foret: pri-* mun jure dederim quinq; vocalibus, A, E, I, O, V. *Pest Vocales nomen ipsum indicio est sequi debere semivocales: sed illas, quæ scriptio planè necessarie: quales item quinque L, M, N, R, S. Inde mutæ se-* quantur non omnes, verum sex illæ, quibus itidem carere non possumus, B, C, D, G, P, T. *Tum consequantur literæ non necessariae, pri-* mūm Vocalis Y, hinc consonæ sed simplices K & Q: tum duplices X & Z. Ultimum locum obtinet H: ut quæ nec literas sit, nec literarum compendium, sed spiritus dantaxar.

§. 6. Ex his igitur allatis statuere haud accidit subdifficile ampliùs, nominare numerum cùm Vocalium, tùm consonantium. Nempe secundum ordinem à Vosso nostro præscriptum, priores quinque, & princeps literarum non necessariarum, Vocalium, cæteræ omnes Consonantium veniunt nomine. Nos nunc de singulis singulatim singulare quid ordine afferemus.

3.7 Agmen totum jure ac merito Adicit, prima in omnibus,
opinor, linguis litera. Cur enim non ea princeps quae Naturae ducta
principium voci? Infantes vide: per hanc vagiunt: Pueros; per hanc
babant, lallant, tatant. Viros, feminas: praecipuus affectus efferunt per
istam. Gaudent? ha, ha, audies. Dolent? ah, ah, ingeminabunt: ele-
ganter Lips. in de Recta Pron. L.L.c.6.p.m.25. Est A prima, notissi-
mag, infantis vox, cum qua vita, bujus spiritum primum huiusimus, ait
etiam Scal. de Caus. L.L. c.38. Hic illud occurrit sub initium di-
scutiendum, Antiquiores hanc Vocalem A mutasse i. in E. Cum
tamen nos priorem ut plurimam scriptionem & hodieq; retine-
mus, aut retinere certe nonnunquam debeamus. Ut exempli cau-
sa (1) in compositis; Prepero, Recipero, Equipero. Sic depeccisci no-
luerat, apud Agell. l. 20. c. 1. p. m. 527. Quo loqui modo nec ipse
Cic. detrectavit, pro S. Rosc. m. Ipse tria praedia sibi depeccus est; Nam
ita in Libb. Vett. hunc Locum existare t. est Popma l. 1. de Uso A. L. c. 1.
(2) In simplicibus Edor, pro ador. Ador farris genus edorquondam
appellatum, ab edendo, vel quod adulatur, ut fiat tostam; ait Festus l. 1.
Jos. tamen Sc. aligerò non arridet hoc originis, sed Adur dixisse veter-
es dicit, Castigg. in Festum p. 6. ἐπιμολογία deductā à Græco αὐθὺς,
nullā literā immutata præter θ. in d. ut Θεός, Deus. Quod autem
Ausonius dixit, Idyl. 14. s. Technop. Tit. de Cibis: Mox ador atq; adoris, de
polline pultificum far; ador tamen dictum pro adus: ut corpor dice-
bant in Neutro, Consule Scal. l. c. p. 7. Qui & hunc scribendi mo-
dum insignibus plurimisq; illustrat exemplis in lib. 1. Varr. de R.R.
Conject p.m. 193. Dicem pro dicam; ap. eund. in Festum, p. 57. Di-
cem quoq; & faciem, pro dicam & faciam scripsit Cato Censorius, t.
Fabio, l. 1. c. 12. nisi forte ista aliquo mendo laborat Lectio. Quod
infrā monebitur. 2. A & I inter se loca commutarunt. Exempla
ridant vocum plurimæ: ut sunt inficietus (quanquam inficietus adaq;
ac infacerus usus etiamnum obtineat;) Fontinalia, pro Fontanalia,
ap. Varr. l. V. de L. L. q. sub initium. Subigitare, Ter. Heaut. 3. 3. 6.
Nam etsi eo in loco moderna exempla admodum omnia subagi-
tare habeant, scriptionem tamen alteram defensitat Popma l. 1. Et
G. Fabric. qui antiquè hoc dictum vult. Nec malè. V. Martin. Hay-
neccium in suo Terentio. Festus: Negibundum pro negante dixerunt.

Ilbi



Ubi ita Scaliger : Negibundus pro negabundus : ut artire pro artate,
impetrare pro impetrare, p. 109. **Et id. ib.** Edit: pro edam dicebant;
p. 135. Beneficere & maleficere, Pandectæ Florentini, t. Aus. Popm.
l.l. Conf. Bongars. Notis in Justin. lib. 37. 3. A quoque in O migravit.
Lex Papiria : Quicunq; Prætor posthac factus erit. pro posthac. 4. A
interdum in Vabiit, si credendum Festo, qui l. 17. ita : Refutare, inquit,
redarguere; compositum a fando versâ A literâ in V. Sed vehementer
peccare videtur Grammaticus, qui cum suprà futare esse arguere
dicat, ipse sibi nunc jam non satis bene constet, & refutet sese h. l.
mirificè. Adhæc accedit, quod à futo vase deducat Scaliger. Qui
videri potest ad illud Festi Refutare. Nec non & in Conjectaneis
p. m. 52. super istum Varronis L. 4. de L. L. p. 30. locum : *Vas aqua-*
rium vocant futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant. Esse
tamen A & U quoq; inter se mutata, docet etiam Popma, qui l. c.
Pedule profert, pro quo aliás pedale dicimus. Quod ipsum confir-
mat antiquum illud, sive Plautinum sit, sive alius cuiuspiam, Cul,
quod pro quale scripsere prisci. Quod quomodo fieri potuerit, in-
ferius paulò docebimus. Cæterum istud Cul expressis exstitit ali-
quando literis ap. Plaut. Amph. I. 3. 39. & 40. Pro quo recentiores
Taubmannus, Lambinus, Dousa, Pareus, alii usitatum quale vel
qualis legunt. Ab alterâ tamen lectione stat Doctissimus, & (Barth.
Comm. ad Claud. p. 423.) ὁ εὐθαυματίος Job. Meursius, Mel illud
Musarum, & deliciæ meræ; uti ipsum nuncupat Melch. Haimins-
feldus Goldastus, ap. Taubm. Com. in Cul. p. 255. Etiisdem etiam ver-
biscitur Comicus utilissimo Grammaticorum Marcello Nonio,
c. 3. p. m. 198. Cul est, qui donum dedit? & enodat qualis est. Ex eo
postea Taubm. Com. ad Pl. l. c. p. 48. & Beaman. Orig. LL. p. 690 in
Quales; Cul, inquiunt, veteres dicebant pro Quale, *αλ̄ ἀνω-
τελω: ita simul, facul, procul pro simile. Quæ postea adverbialiter
sumicēperunt. Cæterum quod Nonius dicit in Cul Neutrūm pro
Masculino possum, quod contendit etiam Taubm. rem exemplis
declarans geminis, & Vet. producens Codicem, existimo quidem
id falsum non esse; Quod tamen dicit Joach. Camerar. annot. in
Plauti Amphitr. sed nec video tamen sufficienes hic rationes,
quas propter ab eâ, in qua Gruterus cum Acidalio fuere, receda-

mut sententiā', qui hæc talia omnia nata ex similitudine literarum I & E, obtritamq; tantūm S. rectē dicunt. Cujusmodi exemplorum abundē est apud Poētas priores. V. *Parcus Mantifā Lucret.* Et *Erythræus* etiam *Tract. de Poēmatiſtili generibus, s. de Licent. Carm. Virg. c. 7. p. 43.* producit item versū aliquot, qnibus per Ethlipsin S. cum suā vocali excludi viri docti autumant. De illo Virgil. XII. Aen. versu vide judicia quædam ap. Voſſ. l. c. c. 19. p. 78. De reliquo ad primum commutationis modum existimo pertinere etiam verbum Escendere, quod cum primis apud Senecam passim legimus. Conjecturam meam confirmat *Cornelius Fronto Grammaticus*, qui dicit, *& scendere idem valere quod ascendere.* Quod vocis etiam *Janus Gruterus l. 2. Susp. c. 14.* Juvenali Sat. 6. vers. 621. restituit, utut *Farnab.* aliter eum explicet. V. etiam *Muret. l. 14. V. Lect. 3 p. 365.* qui ibi escendere veteri lingua & ascendere idem esse, etiam docet, & alibi se docuisse dicit. Conf. *Janus Gebhardus Crepuscul. l. 3. c. 23. p. m. 165.*

§. 8. Enunc sequitur ordine. Quod mutatur (1.) in I. sic *Lucifō* dicit *Plautus pro lucesco.* V. *Amph. 1.3. 35. & 45.* Et videntur huc & illa fortean facere, quā haberid. *Cafin. 4. 2. 7. Cifel. 2. 1. 5. & Sticho 2. 3. 41.* *Putifō* præter *Cic. l. 4. de Finib.* recens usurpavit & *Lipſius Dedic. Sat. Menippea.* Tullii locus iste est: Animam sui datam pro sale, nè putisceret. Ad quem dubio procul allusit *Belgatum Decus*, cuius hæc verba: Levi tantūm sale inspersa (*Satyra sc.*) Eoq; adeò non bono: ut verear nè priusquam in manus tuas venerit, putiscat. Milli etiam promille ex *Lucil. l. 9.* producit laudatus nobis *sæpius Ausonius.* Ni pro nè ap. *virg. III. Aen. 686. Plaut. Men. 1. 2. 1.* *Lucret. l. 2. v. 738. & 892.* *Quatinus ap. Festum.* (2) *Cognitionem* habet cum O. *Prician. l. 1. p. 19. m. Antiquoq; amplecti pro amplecti dicebant.* Et animadvertisi pro animadvertisi. *Plautus Trin. 5. 2. 31.* *Vortere Deos* volo rectē consilia vestra. Id. *vorti, Rud. 3. 6. 48.* Approbo cum *Vossi l. 1. de Arte c. 12. & istam Lectionem ap. Plautum Asin. 4. 1. extr. Causam votitam, cùm votare quoq; pro vetare dixerint, t. Cornuto.* Pluria hujus generis videnda apud *Popm. l. c.* Huc referenda adverbia quædam; *Commodò, arcanò;* viret aternò, apud *Plin. H.*

N. At-



N. Atq; eāpse de causā, quod in vett. Mss. semper legitur, Ptolomæus, rectum arbitratur Eruditiss. Bongars. in Lib. 26. Justini. Quomodo porri E in El. mutetur docet Lips. Notis ad c. ix. de Pron. L.L.p.m. 37. Conf. Scalig. Castig. in Catul. p. 46. & 145. Deniq; 4. Apud Antiquissimos, docente iterum Prisciano l.l. quotiescunq; n d sequntur in his verbis, quæ à tertiâ Conj. nascuntur loco e uscriptum invenimus, ut faciendum &c. Auger pro augur, & augera ratus ap. eund.

§. 9. Litera I longa sistit porrò nos, & suam sibi poscit commutationem. In fronte autem venit mihi in mentem pulcherrimæ dictionis anquirere, quam antiquam ac absoltam esse ita scriptā omnino existimo. Ac licet Festus illam à præpos. am, mihi derivare videatur, dum dicit, Anquirere esse circum quirere; Quod etiam videtur approbum Perotto l.l. Cornu cop. Col. 830. Audiendū tamen & alij sunt, & cum primis usum ac autoritatem meliorem hīc attendendum est. Multis quidem vox usurpata autoribus, sed non uno semper ac eodem significatu. Ergo differentiam istam, quam inter anq. & inquirere habet A. Popma, l. i. Diff. p. m. 24. sq. tanti momenti esse non duxerim, cum constanter habeam, ea non differre nisi scriptio ne. Hinc quod in nunc Edit. ap. Agell. l. i. c. 3. p. 6. p. satis anquisitè legitur, probat H. Steph. Specim. Emend. ad Agel. p. m. 138. & αεχαινως dici pronunciat. Cætera ex pendemus alibi. I quoq; cum E copulavit, Hinc amecæ, & ameci, pro amicæ, & amici, docente Festo sub vocab. Amicitiae. Nec mirum, cùm amicus compositum sit, q. d. amæquus, velut ipsi scribebant amecus. v. Scal. in h. l. Sed daidela Menerva tamen dixit Ennius l. r. Annal. Ques item antiqui dixerunt. t. Festo. Herè etiam pro heri, occurrit passim. Martial. l. i. Epigr. 44. 2. Et positum est nobis nil berè, præter aprum. Id. iv. 7. 1. Cur berè quod dederas, hodiè puer Hyle negâsti? Varro l. i. de R. R. c. i. rusticos ait viam & villam dicere, ubi alij viam & villam. Donatus quoq; in Phorm. l. i. cit. Voss. l. i. c. 12. p. 56. propter cognationem E & I literarum, non dubitaverunt antiqui mane & mani dicere, & vespere & vesperi. Quam scribendi rationem suâ ætate usitatissimam fuisse testatur & Fabius l. i. Inst. c. 12. p. m. 56. m. Ubi tamen tenen-

dum, locum eum non vacare sphalmate, cùm perperam excusum
sit dicem & faciem, vel etiam dicem & facem: nam Decam & Fa-
ceam (idem est quod dicam & faciam) emendat Leonb. Malaspina
in l. 4. Ep. 3. Cic. ad Att. p. m. 87. V. I. Lips. in Trad. de Veterum
Latin. Scriptur. Quintil. lib. c. c. 5. extr. Porroendo(h.e.in), pro indu,
em pro im. Imponebant pro eum, Festus. Neq; endo & indu suā carent
auctoritate. Eam diligentius paulò hīc iustabimus, cùm tām e-
gregia ex istis etta sint vocabula. Q. Ennius in Annali VII. cit. A-
gel. N.A.l.xii.c.4. Consilio, indu foro lato sanctoq; Senatu. Etideam
Ennius in septimo decimo ap. Macrob. l.6. Sat. c. 2. p. 462. Indu
mari magnos fluctūs extollere. Lucil. l.30. ap. Non. c. 4. p. m. 275.
Multis indu locis sermonibus concelebrarunt. Lucret. l.2. q. extr. ---- Quis
babere profundi Indu mari validas potis est moderanter habenas. Ubi
consule Lambin. Com. p. 277. Endomati, id. Luer. l.6.m. Endogredi,
l.1. v. 81. Indugredi, l.4 Endopedata, pro impedita, id. libb. l.& 6. Indupe-
ratores l.4.v.964 Induperatores ap Juven. quoq; sat. iv.v.29. legere est.
Induperare, Horatius habet. I. Scaliger in Hymni Orphæis, p. 163 endo-
tuens. 143. endo procinctu. (Festus: endoprocinctu, in procinctu. procinctos
quasi præcinctos atq; expeditos.) p. 1.67. Inducolis pro incolis. p. 121.
Indugenam, pro ingenitum i.e. non genitum. Quemadm. Ca-
tillus Dianam vocat unigenam, carmine 65. de Nuptijs Pelei. Ad
eujus instar verbigena, factum est ap. Prudent. Catheb. Hym. 3. v. 2.
Sed hæc id est quæ addidi. Scal. porrò p. 131. Induferum, pro in-
ferorum. Indufera atria Ditis, p. 141. Inducalo pro incalo, i. invoco.
V. & Anton. Augustinus Archiepiscopus quondam Terraconensis
Lib. de LL. & SCC tis p. 17. ubi ista verba; uti Patri endo filio est,
vindicat. En præterea & endeicito ex XII. producit Fulv. Ursinus
Notis ad Legg. & SSC ta, p. 22. & p. 24. hæc legere est verba: Accras
sepolcreis aut longas Koronas ne i endoponito.

§. 10 Et in O quoq; Vocalis I. mutabatur. Olli pro illi præter
vetustiores illos Ennium, Plautum, Lucretium, alios, Virgilius
quoq; antiquitatis multo amantissimus non semel usurpavit. Olli
Subridens, lib. I. Æn. 279. Olli ceruleus suprà caput adstitit imber, V.
Æn. 10. v. l. 4. v. 103. l. 5. 191. & l. vi. Æ. 730. Val. Flaccus III. Argon.
vers. 386. -- pater ellis janna leti Et l. V. vers. 126. --- est ellis genitor
deus



deus Legatur etiam Varro l.vi de L.L.p.m.73. & Scalig. Conject. in h. l. Festus item in dictione Quirites. Id. Festus ait; ollie, illic: ut olli, illi. Preporro OE scirplerant loco I. Lex Regia x iv. ex Edit. I. Lipsij: Ab oloē plorasint. Ubi oloē est olli, vel illi. Nam post in O, ut Apello & Apollo. Deinde non geminabant literas. postremō, Nomina tūti Masculini plurales, qui postea in I, anteā in eo desinebant; ait Scal. ad ista verba Festi lib. 1. Ab oloes dicebant, pro ab illis. v. & eund. Scal. C. 135. 144. I etiam, quo nihil quidem frequentius aut notius, in V mutatur. Quis enim non lectione usurpavit Optumus, Maximus, meritissimō? Quis non existimo, dissupo, & sexcenta alia? Fuopro fio, Popma l.l.v. & Quintil. l.l.c. 12.

§. ii Ad O etiam adeundum mihi est, & quid in eo proprium, quid commune, que cum eo cognatio dispiciendum; Fab. l.l.c. 5. Hic autem veteres dixerunt benus pro bonos, sicut rursus bonē pro benē; v. Voss. l. 1. c. 12. & Pare. Indice Lutretiano. Apello dicebant pro Apollo, hemonem pro hominem: v. Scal. Conject. in l. 1. Vars. de R.R. p. m. 20 l. Festus: Heluela, holera minuta. Id. Helus & helula antiqui dicebant, quod nunc holus & holera. Hemon humana, t. eod. & hemonem hominem dicebant. Quod & Priscian. adstruit, dum l. 6. p. 167. vetustissimō etiam homo homonis declinasse, dicit; cui confirmatio adducit versum Enni: *Vulturis in filiis miserum mandebat homonem.* Memordi præterea, non momordi, dixisse antiquiores, peposei item, cecurri, prolixè docet Agel. & exemplis rem clarat permultis, l. 7. N. A. c. 9. perpetuō. Ethinc ap. probaverim illud Ovidij Temperius, Metam. 4. 6. 8. præsertim cum & Bersman ad MSS. ipse provocet, & priores item nostri tempus temperis flexerint, sicut pignus pignetis, aliaq; Conf. cum primis Popan l.c. deinceps suppetunt exempla, in quibus O & I alternant. Ter. Adel. 2.3.1. Abs quivis homine, cūm est opus, beneficium accipere gaudeas. Quicum, Cic. Or. pro P. Quintio, & in De constituendo Accusatore, ac alibi. Huc Popma retorquet die noni, quarti, crastini. Ego autem perinde de iis sentio. ac de die quinte, & die quinti Agell. l. 10. Noct. c. 24. Die quinti, ait ille, pro adverbio copulatè dicam est. Overtit etiam in V. Lucr. l.l.v. 19. Frundiferasq; domos a-

vium



vi um. Et in eod. Frundiferas silvas dixit. V. Lamb. Com. p. 7. Sic & Attius, Residi sumno deditos dixit, pro somno, emendante Scal. in Fest. p. 168. V. Prisc. I. c. 3. p. 21. ubi huminem pro hominem, funtes pro fontes, & alia videre est. Quæ tamen à juniorib⁹ repudiata esse, ille jam tūm scribit, quasi rusticano more dicta. Hic s̄insuper notatu haud indignum videatur, O non ratenter ad U adjectum esse, & post U intersertum. Cujus quidem Scripturæ tūm alia sunt exempla, tūm hæc; Jous, jousta, joudicare; pro jus. It. Souo, Louci. In quibusdam utramque diphthongam conjunxerunt; Soueis, joudicei. V. Lips. Tract. c. & de Pronunc. L. L. c. 10 p. 42. De joute autem & joustitiâ autor ipse Victorinus l. i. At verò cùm ista tractatio ad diphthongorum potius contemplationem referatur ab aliis, manum de hac tabula; Cic. VII. F. Ep. 25.

§. 12. Mihi superat Latinoram' vocalium quinta & ultima. Commutatio ei præcipua potissimaq;, si bene memini, accidit gemina. Principio in o mutatur quam creberrime; cujus rei exempla in numero prostant numero. In primo Casu Heros & Scivos, in Accusandi, virom; ovom item scripsere ac volt, cæteraque ea quæ nobis nunc formantur U duplicato. Sic folmen, sonos, piacolom, & olorom, pro illorum; quibus de & Popma videndus. Ter. Ad. I. 2. 12. Hoc advenienti, pro hue. Et nobis hic illuc, pro hoc illoc dic; docet etiam Prisc. I. I. c. 3. Qui allegat Virgil. lib. 8. Æn. vers 479. Hoc tunc ignipotens celo descendit ab alto. Sic Hoc accedit, Lucr. I. I. v. 565. & I. 3. 460. V. Pareum Lex. Lucr. Ac de eopse scribendi modo scribit etiam Fabius I. I. c. 5. Quid O atq; U permuat in vicem? in Hecuba & Notrix, Culchida & Pulyxena scriberentur. Ac nè in Græcis id tantum notetur, dederont ac probaveront. Antiquæ Inscriptiones habent Fueront, Vixeront; i. abierunt s. mortui sunt. V. Festū. Taubm. in Culic. p. 292. Pareum Lex. Lucr. in voce Abire. Publicum pro publ. colpam, Hercolem, polchrum, à Romanorum vetutissimis usurpa- ta esse testatur item Prisc. I. I. c. 3. p. 21. m. Sed & interdum ce pone- bant loco U. Anteā enim per ce extulerunt, quæ nunc jam per U, ut in pœnitire punire. Commoëtat, Cato de R. R. V. Popm. I. de Usu, c. 2. Mœnitum Agell. I. 20. c. 1. De mortis magnis, & cœrare, V. Lips. A. I. I. 5. c. 3. Oesus, cœratio, cessus, ap. eund. I. c. c. 2. f. Mœneta, ap. Lu- creti. I. I. v. 29. v. 32. Ubi Lamb. Com. p. II. mortuus etiam & cœranotat.

Fulv.



Fulv.it.Ursinus Nn.ad SSC ta p.37. procœrāset. Oetier apud Festum in voce Publica pondera.Exesor mœrorum ap. Lucret. l. 4. & 6. V. Lamb. Comm.ad h.l.p.445.& 839. Scalig.in Festum p.19. & 149. Bezman. Orig.L.L.p.524. Conf.Jul. Scalig. l. 1. de Caus. c. 21. extr.

§. 13. Sed de his satis dictum est.Nunc ad alia venio, quæ vocales excipiunt. Antè tamen, quām ad consonas cursum vertam, operæ, opinor, fuerit pretium, & ipsa instituti nostri ratio, nos commonefacit insimul, ut per paucis agamus, post tractationem Vocalium, de *Bivocalibus*, quas ita indigetat *Lipsius de Pron. LL. c. XI.* & diphthongos Græci, quippe quæ ex vocalibus coalescunt conflanturque, & quām iisdem varie antiquiores nostri sint usi, obser- vemus ac explicemus. Præter usitatas autem nostrates, habebant & alias, quarum communissimæ subsequæ: EI, OI, OU.

§. 14. Hic priores nostri AE, Græcorum, opinor, ritu profes- rebant per AI. Neq; hoc factum in fine dictionis tantum legimus, sed in ipsâ fronte. *Lucret. l. 1. v. 85. Triviai virginis Iphianassai, Militiae v. 29. & l. 2. vis materiali. Et l. V. vers. 28. ---- tripectora tergemini vis geryonai.* Et aliis locis quasi infinitis. Quædam æmulus postea Virgilius carminibus suis (cujus meminit & Quintil. l. 1. c. 12.) inseruit, aurai, VI. Æn. 747. Aulai III. Æn. 354. Ab initio quoq; dictionis e- jusmodi antiquitatis exempla hinc inde suspetunt. *Aiternus ap. Lu- cr. l. 2. q. extr. & l. 3. pr. Aimilia, & Aira, & similia occurunt in mo- numentis, t. Lips. l. de Pron. L. L. c XI.* Quæ etiam cum aliis, ut *Quaestores* observavit *Hub. Goltzius* in *Thesaur. Rei Antiquariæ*, Loc.C.XXIII.p.177. *Consule & Inscriptiones Gruteriac Lipsii.*

Cæterum hic nobis censoriam incurrunt virgulam, qui hanc in subjectis exemplis figuram plus justò frequentant, & nescio quas in eâ sive scientias sibi imaginantur, sive delicias, quibus in cassum capiuntur. Suo jam Martialis seculo graviter in hoc hominum ge- nus, hæc verborum antiqua affectans, inventus est, ut videre licet ex ipsius l. XI. Ep. 91. v. 1. seqq. *Conf. Taubm. Melod. p. 196. & in Sch. p. 154. Ubi illudit CL. V. istis, qui de industria in hisce & id genus alii laureolam ex mustaceo querunt.*

§. 15. Sequitur OE, quod mutarunt quandoq; in Diphthon-
gum

gum congenerem OI. Sic dixerat Coilum pro cœlum, Popm. I. i. c.
2. Apud Plautum in Menechmis pro ilium, & pro ilio, in veteribus libris
scriptum animadvertis pro eo, quod nunc pro ilium, & prælio scriberemus;
Muret l. 6. V. L. c. 4. p. m. 121. Ab quâ tamen scripturâ discedit Po-
pmal. c. Huc Profess. Giessens. I. I. Gram. c. 2. p. 25. reducunt
Troja.

§. 16. Au in overterunt. Coda, plodo, plostrum, deborito, po-
bulom. V. Popm. I. i. de A. L. c. 2. Et sic intelligitur illud Festi: Orata
genus pisces appellatur à colore auri, quod rustici orom dicebant. ut auricu-
las, oriculas. Et hoc dicendi genus & in venustate Catulliana repe-
tire est, Epgr. 22. v. 2. Ubi tamen conferendus est J. Scal. Castigg. in
Catull. p. m. 18.

§. 17. Porro quâ OE & OI alternerent, videndum est. Oinonem
pro Oenone Capella ingerit, t. Lips. I. I. Outier pro utier Victorinus
notat, t. eod. ib. Oe autem non tantum fuit loco UI vocalis, sed in
ætate ponebatur etiam vicem I. Ita enim expressè docet Festus:
Læbesum & Læbestatem antiqui dicebant liberum & libertatem. V. eund.
in Pilumæ.

§. 18. De EU cum nihil notatu quidem dignum ac memoratu
habeam, EI & OU supremam huic de Diphthongis Tractationi
manum imponant. EI autem loco I longioris usi sunt. Lucil. I. 9.
Satyr. Meilitia, meile hominum. Mendacei furei. V. Lips. de Pron. L.
c. II. q. extr. Sic exstat in Legibus: Sei, quei, pisceis. Et opeima spolia, in
Numæ Pompilii Legg. Interdom tamen EI quoq; in iis reperitur,
quæ ancipitis intervalli, ut sibei, ubei, & quæ planè corripimus, ut
seine & quasei. V. Fulv. Ursin. I. I. Voss. I. I. c. 29. Lips. in de Pron. L. L. ad
c. 8. Notis, p. 36. Conf. Quintil. I. I. c. 12. Pom. I. I. c. 2. De vocali autem
OU, & UI, ut in Harpua (quod cæteroquin Harpyja solitamus
scribere) V. Victorin. I. I. Lips. de Pron. c. 10. p. 42. & in Tract. de
Script. Vett. Voss. I. 2. A. G. c. 2.

§. 19. Ad consonantes nunc accedo tandem aliquando, & se-
mivocales sisto primùm atque insisto. De varietate igitur & muta-
tione, quæ contigit inter literam consonantem L, dicturi, occurrit
istud, quod cum D mutaverit saepius. Hinc r. Feso, Dacrimas pro
Lacrimas Livius (Andronicus ille) sepe posuit; item Dantia quæ lautia
dici-



dicimus. Cur autem Dacrimæ, causam allegat hanc rectè Grammaticus, quod nimis Græci appellant *dægva*. Conf. Beccan. O-rigg. p. 425. Sic Varro l. 2. de R.R. c. 3. p. 69. Insulam *Medium*, non *Meliam*, ex adverso dixit, propter eandem familiarem veteribus commutationem τὸν Ι in δ. V. Scal. Conject. in h. l. Popm. l. l. c. 3. Qui & clarissima Victorini verba laudat. V. & Lips. l. V. A. L. c. 3. f.

§. 20. M transire in N maximè sequentibus literis D, T, C, ac Q, Priscianus autot; l. i. & hodieq; usq; ita obtinet. Existimat a. Popma M pro L etiam aliquando positum, producens *muginor* pro *leginor*. De hac voce legantur Nonins (*Grammaticus sanè sic satis antiquus*, ut quem etiam laudet *Priscianus*, Voss. l. i. de A.G. c. 18. p. 76. & quem emolumento sibi fuisse testatur Mur. l. 4. V.L. c. 13. p. m. 87.) c. 2. p. 139. Lips. Sat. Menip. p. 10. Et Nonio antiquior Festus l. 12. Isidor. ap. Scalig. in Festum, p. m. 95. Plin. Praef. H. N. ubi citatur Varro. Ubri Gilesinus quidem, vir eruditissimo Lipsio non incognitus, l. munificari, quā voce etiam usus est Philip. Carolus in suo Critico p. 6. Et ita citatur etiam ipsi augusto Nostro BUCHNERO l. i. de Rat. Elocq. c. 2. membr. 2. alii, ut Hermol. Barbarus, mussitamus, habent; quod Nicol. Perottus in Correctione hujus Epistolæ approbat, & secretè loquimur, explicat: Casaubonus tamen *muginari* habet, & ita alle-gant etiam Scaliger ac Popma l. c. Sed in præsentia non nostrum hos inter tantas componere lites, Virg. Ecl. 3. v. 108. Quod autem Popma l. l. scribit, M & S quoq; mutare ac alternare in fine dictiōnum, rectè omnino scribit, & facile dederim. Nam *demum* apud Livium *de-mus* legi, docet Festus. Quem locum & CL. BUCHNERUS laudat, Notis in Plin. l. X. Epist. 33. p. 249. Contrà prorsum pro prorsus. Ter. Eun. 2. 2. p. m. 118. V. id. Adel. 5. 3. 59. Hec 3. 1. 35. Adeatur Scal. l. i. Lect. Aus. c. 14.

§. 21. Ad N propero, quod veteres in quibusdam vocibus omiserunt. Sic apud Festum in voce *ommentans*, legimus *advenies*, pro *adveniens*; Scaliger Castigg. in h. l. p. 121. ut *prægnas*, *infas*, *ani-mas*. Post N cum L mutua inter se aliunt officia. Glossæ Isidori, Ningvosi garruli, i. lingvosi. V. plura ap. Popm. l. i. Migravit etiam in M; utin Lege illâ Numæ Pompilii: *Quo jus auspicio, clæse procin-dâ, ope imâ sholia capiuntur*. V. ibi Fulv. Ursin. ad Leges & SS. C. ta p.

4. Et in R quoq; degeneravit. Festus: *Strigores in Nelei Carmine pro strigosis positum invenitur.* Ubi Scaliger Cast. p. 195. Memini, inquit, Adr. Turnebum *Strigones legere.* Sed non advertebat morem veterum, qui ut architectores pro architectones, ita strigores pro strigones dicebant. V. Turneb. l. 6. Adv. c. 18. Ejusdem scripturæ mentionem quoque injicit Voss. l. 1. c. 1. A. Latini inquit, pro eo, ($\gamma\tau\alpha\mu\omega\sigma$ sc. vel $\gamma\tau\alpha\mu\eta$) *N* in *R* converso, dixerunt groma vel gruma. Et hinc etiam Popma Extrarius & extraneus, vicarius & vicaneus, alia, eadem esse, & nihil omnimodo differre monitum ivit l. 2. de Diff. Verb. & l. 1. A. L. c. 3. p. m. 229.

§. 22. Restant ex consonantibus semivocalibus *R* & *S*. quæ etiam multimodis mutarunt invicem, ita ut nunc *R* ponatur loco *S*, nunc vice versa *S* vicem consonæ *R* obtineat. Res exemplis evadet manifestius. Festus expressè: *Compescere pro comperce dixerunt antiqui.* Fab. l. 1. c. 5. p. 28. Ut *Valesii*, inquit, & *Fusii* in *Valerios Furiosos*, venerunt ita *arbos, labos, vapos, clamos ac passes atatis fuerunt.* Contrà *Erit*, vel *escit* etiam, & *superescit*, pro *erit* & *supererit*. V. Lucret. l. 1. & ibi Lambin. Com. p. 91. Popm. l. 1. c. 3. Festum, & ad eund. Scalig. & cum primis Varronem l. 6. de L. L. p. m. 70. m. & ibi rursus Scaliger. Conjectan. pag. 116. A. Augustin. Lib. de Legg. pag. 163. Illud notandum præterea, quod *S* ab antiquioribus non præpositum & abjectum, sed interseratum etiam dictione nonnunquam fuerit. Nam *Dusmofo in loco*, ait Festus, ap. Livium significat *Dumosum locum*. Antiqui enim interseruant *S* literam, & dicebant *cosmittere*, & *casmenæ pro Camenæ*. Pertinent huc, quæ habet Scaliger ad *Festi silicernium*, in Castigg. p. m. 187. Cesnas veteres dicebant, & poesnas, pro Cenas, pœnas, Ab eo silicesnium postea silicernum, Casmina Carmina, Valesius Valerius & similia. Conf. Gissen- fes l. 1. c. 2. p. 19. Lips. l. 2. A. L. c. 4. Qui etiam pro *S* ponit T. docere dicit illud Ennij, *Adgrettus fari lib. 1. A. L. c. 1. 5. p. 17. v. Nonium c. 2. p. 179. qui Tertia pro terza. Fabium l. 1. c. 5. ubi mertare atq; pultare. Popm. c. 3. Sæpe etiam conjunctæ hæ duæ *S* & *T* abundabant in principio, ut *stlocus, stlis*, Videantur Probus, lib. de Lit. antiquis, Festus in voce *Stlata*, & Quintil. l. c. Duplex item *Spto X* ponit soli- tum. v. Scal. ad Festum, Cast. p. 54.*

§. 23. Has



§. 23. Has semivocales mutæ nunc excipiunt sex, quibus, ut rectè ait Vossius, carere nullatenus possumus. De mutatione: Mutabatur B in V, aut confundebatur potius cum ipsâ. Sic dixère *Mannvias*, ab Ambio, *Amvivi* & qnæ sunt argutiarum ejusmodi dapes aliæ, haut satis ad Lipsij (quem l. de Pron. L. L. c. 12.) & Scaligeri (Castig. in Fest.) gustum. Quin & contrà V pro B. ponebant. Exemplum in vobem, quod in *Pandectis Flor.* poni pro bovem, testis Voss. l. i. c. 28. Conf. Fab. l. c. & Priscian. l. i. p. 13. Qui tamen id mirum non esse dicit, cùm b quoq; in U Euphoniac causâ converti inventiamus, ut aufero pro abfero. Betiam in F & D: ut. Af & Duonum, alia, pro ab & bonum. v. Festum & Cæs. Scal. de c. LL. c. 22. C & G cùm cognatae sint literæ, conjungimus, & ita unâ fideliâ duos de-albhamus parietes. Festus, in voce prodigia, quæ dicit eò ita dicta, quod prædicant futura: permutatione G literæ; Quæ, inquit, nunc Cappellatur, ab antiquis G vocabatur. V. idem in voce Orcus. Hinc Acetare dicebant, quod nunc dicimus agitare, t. eod. Sic subjeitate, Scal. ad illum locum. Et in Lege Numæ: Acnom fœminam cædito. V. Scalig. l. c. p. 86 & 200. Voss. l. i. c. 21. p. 83. Lips. de Pron. 13. p. m. 72. Ubi Macestratos, pugnando, pro, Magistratus, pugnando; & non simplici archäismo, exficiunt, pro effugiunt, sculpta in Duillij columnna producit. Cujus columnæ partem produxit l. 2. Antiq. LL. c. 14. ubi p. 44. Illud monstrum verbi, inquit, EXFOCIONT quid sibi velit, Apollo rogandus est: nisi cui placet eruditissimi St. Pighij amicime conjectura, qui antiquè, pro exfugient scriptum judicabat. De Gin C V. Scalig. in Festum p. 20 & 51. Curges, Cabinus, ap. Popmam l. l. Sic Gajus, quod alias Cajus est, Pandectæ Florentini exhibent. Quomodo Cin Q Vide ap. Eund. Popm. & Prisc. l. l. Borgars. Notis in Prologos Iustini p. 83. In G. & N. quoq; datur quædam communio. Sic Stagnum pro Stanneo, Plautus ap. Fest. cit. Popm. l. l. Cetiam loco X positum. Sic facit pro Faxit, in XII. & Pacit in ijsdem non rarerter pro paxit. v. Fulv. Ursin. l. l. & Scal. ad Festum p. 210.

§. 24. D & T etiam sunt jugales. Quod vicinæ inter se, (ait Lips. de Pronunc. L. L. c. 14.) quodq; adsonent cur te admoneam? Ipse vides. Est passim etiam nunc in libris paulò antiquioribus, Set

& sed, Haut & Haud alternant: inq; Lapp. Quodannis, Adq; : contrā, At fines, Quit pro Quid, ac talia. V. Goltzius Thesauro Antiquariorum p. 180. Vbi etiam itcō habet, & it pro id. Alexander & casantra, vedit Romæ Fabius lib. i. c. 5. Conf. Popm. l. c. Scal. in. Festū p. 51. Hic monet tamen I.C. Scaliger, meliorem fuisse priscorum rationem, qui adq; dixerunt, & aud etiam ut illi, non aut, nos dicere debere, addens hanc causam: *Nam si negativa Haud, inquit, additæ adspiratio differentie causa: sanè cetera elementa ad querendum discri- men non sunt mutanda, quia fortasse potius utrumq; sicciorum elemento scribendum sit, Ant, Haut. Græcum enim fuit à vītī Omnis a. disjunctio vim obtinet negationis; lib. i. de C. L. L. c. 22. p. 55 & 53.* Distincte au- tem scribendum esse inculcat Lipsius l. 3. Var. L. c. unde ricesimo, Haud quidem si sequens vox incipiat à vocali, haut verò, si à con- sonante, secutus in eo Victorini auctoritatem, cujus verba laudan- tur Popmæ l. 1. de Usu. c. 3. qui item differentiam hanc sequendā præcipit. Cæterum Charissimus Haud ab gōde Græco originem habe- re rectius asserit, & indifferenter etiam per T nihil minus scriptū confirmat. Illa quoq; servata est à multis differentia, ut Ad, cūm esset prepositio, D literam: cūm a. conjunctio, T acciperet: uti quosdam sed frigidè observassse Autor est Quintil. l. 1. c. 12. p. 54. Ubi quod sq. p. docet, nobis hautquam tacendum est, nempe Latinis veteribus D plu- rimis in verbis ultimam(vel ut Fulv. Ursinus Notis ad LL. Servi Tul- li l. in ultimâ) adjectam esse. Quem locum emendavit Lipsius l. 2. A. L. c. 14. Quem vide. Muret. it. l. XV. V. L. c. 19. Ubi ex ipso Horatio ac Catullo allegat testimonia, & ejus rei exempla proponit pluria. Cæterum eopis scribendi ritu vehementer delectatus est Jos. Scal. Hym. Orph. ut p. 145. p. 151. 153. 157. 159. & alibi.

§. 25. P magnam cognatiouem cum B habet, & sēpiculè alte- rum alterius vicem subit. Ipse Goltzius l. c. P aliquando ponitur loco B. ut apsens pro absens, apsolutum, opides, optimus, plebs. Scriptio hæc placet Lipsio in Tract. de Orthographiâ, & Fabio l. c. 12. Quos contrā disputat CL. Dilherrus Notis ad Orthographiam Lips. p. m. 125 sqq. Exempla a. istius scripturæ alia videre est in de Pron. L. L. c. 12. p. 56. Petiam inserebant, ut in Hiempf. V. Var. l. 5. de L. L. & Dilh. p. 94.

§. 26. Ad vocalem Y & reliqua Elementorum proprio; nam sergam tandem aliquando videge amat animus. Istam a. Y Roma- na



na Lingua non habet. Græcis tamen vocibus esse necessariam, & sape in U transire, Charisius benè monet. Sic Scribimus Sulla & Olumpus, clupeum ac alia v. Lips. l. l. c. 8. Sic Purrum semper Ennius, nusquam Pyrrham; vi patefecerunt fruges, non phryges, ipsius antiqui declarant libri: nec n. Græcam literam adbibeant, nunc autem etiam duas: t. ipso Cic. in Oratore p. 331. Accedo ad K, quæ eadam omnino litera est ac C. Mirum hic, ait Voss. l. c. c. 72. pr. Romanos Kalendas etiam per Græcanicum literam signâsse, cum Græcijs careant, ut proverbio notum. Sed & usi in voce Karthago. Immò & in merè Latinis: utin Kardo, Kasra, &c. In mediâ quoq; voce, Volkanus, Par-karum, Erokatos. Non nulli etiam quod K iucluderet vocalem A, non Kaput scribebant, sed Kput. Vide plura ap. Voss. l. l. Goltz. l. l. Dilher. l. l. p. 106. seqq. Fab. l. 1. & priscian. l. l. quibus K penitus supervacua est. Adi & Lips. præprimis XIII. de L. L. p. 66. sqq.

§. 27. Subsequitur Q nihil differens à C. V. Mar. Vict. l. 1. Hinc legimus etiam ap. Lucret. l. 1. cuiret pro quiret, item a-cua, reliquus. Hinc t. Scauro, ap. Voss. l. c. 18. quis & cuius in Recto scripsere. Anticus, cuo, cintus, cis, Inscriptiones Lipsii & Gruterianæ. Q interdum ponebatur loco C, ut pequinia; Goltz. l. c. Quod olim Cum si tempus significaret per Q; si comitem per C scripserint, tanquam differentiæ ergo; ineptiæ sunt Quintil. l. l. c. 12. V. Dilh. l. l. 40. qui citat Barthi verba ex XXIV. Adv. c. 10. Et lectu digna etiam habet Lips. l. c. p. 70. Et X superest potius literis, quam interest. Priscis Latinorum ea non usurpata; nam ut Festus ait, profax faces extulere. Sic rectus olim fuit n. vis vel nigris, non nix, & conjugis, leges, pro conjux, lex. V. Voss. lib. l. c. 21. lucserunt scripsere item, pro luxuriant, & alia. Aliquando duplex S s ponebatur pro X. V. Scal. Fest. p. 54. Z quia affinitas cam Dilh., ideoq; in eā sape mutat, & contrâ. Zabolus pro Diabolus ferè semper ap. Paulinum, et. Lips. de L. L. c. 16. & Voss. l. l. c. 21. Zabolus item ac Zabolicos aliquoties apud Phœbadium Lib. cont. Ariano c. l. c. 8. & 44. alibi. Ubi Consule CL. Barth. Ansmadv. in c. 1. Cæterum de eâdem dupliciti V. & Prisc. l. l. c. de Litt. H quod restat, cur literam esse neget Vossius, causam satis evidentem non video. Magna quidem Viri magni autoritas, & quæ præjudicium sententiæ meæ possit jure afferre. Sed non meam, sed Ciceronis causam ago, cujus verba produxi modò

ex
-emor X s. maij. summae causa tibij obnuptile mbaat matris
66



ex Or. Et Hetiam omnino literam esse, summè contendit Beaman, in Scheidiasm. Philol. p. 32. sqq. Veteres Græcorum quomodo adspirationem notâ H signarint, V. Athenæ. l. 9. c. 19. & Beaman. l. c. Pro adspiratione Latinis Digamma fuit, ut g̃iros, pro, Hircus. Sic gelena, g̃odus. De hâc cæterisq; scribendi rationibus cùm dicere pluria prohibeatur, manum de tabula. Interim. V. Priscian. l. i. Fab. l. i. c. 12. Voss. l. i. c. 15. Lips. de Pron. L. L. c. 12. Popm. l. de Usu L. L. c. 3. Sca-
lig. in de Caus. l. i.

§. 28. Atq; hæc de jucundissimâ hâc materiâ, eademq; diffi-
cillimâ etiâ. Agnosceret aquus Lector, sed & speramus ignoscet, benè
multa à nobis fuisse præterita, multa etiam nos fugisse in tantâ
terum varietate ac ubertate. Quam sciat omnino in causa fuisse,
nec minus librorum defectum plurium, & temporis, quod & aliis
mihi destinandum fuit operis, & hujus chartæ valde angustam an-
gustum. Hinc fadimus potius ista omnia, quam scripsimus. Quid,
quod Nemo reprehensus, qui è sege ad spicilegium reliquit stipulam;
quod rectè monet Varro l. VI. de L. L. p. 83. exir. Ad summam: Non
aliam, quam venie, quæ mihi sufficit, quæso ac magnoperè o-
mnes eruditos, gloriam. Si quid deficit operi, supplet ætas: & si qua
dicta sunt juveniliter, pro indole accipiuntur: Quintil.

I. XII. c. 6. m. ILICET.

GLORIA TIBI DOMINE!

Ad

Ornatiss. Respondentem.

* Terentia-
nus Maurus.

Dum quid littera, quid duæ,
Aut plures sibi Syllabæ
Junctæ confiant; quibus
Decurrant pedibus metra,
Quærat, præcipit, explicat;
Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putas;
Aggressis labor arduus,
Nec tractabile pondus est,

Vates * Grammaticus canit.
Cùm POMARI eadem patres,
Præfari tibi fas idem
Et jus esse putas licet;
Nec te nec pudeat sequi.
Quamvis in tenui labor
Talis sumitur; attamen
Ingens consequitur decus,
Cui Musæ benè riserint.

AUG. BUCHNEREUS.

D1 A 6640



5b.

VOA



PRINCIPE
DE
IO SCRIB.
GENERE
PHILOLOGICA.
AM
CIS ALBIM
V. M. VIIbr.
ÆSIDE
E POMARIO,
OPHICI ADJUNCTO,
O GERMANO,
DITORUM EXAMINI
TIT
RUS POMARIUS
IENSIS SILESIUS,
RESPONDENS.
O MINORI, HORIS
RIDIANIS.
TEBERGÆ
IAELIS Bendt.
R. & CL.

